Universitätsbibliothek Paderborn

In Obscvriora Aliqvot Capita Geneseos Phil. Mel. Annotationes

Melanchthon, Philipp

[Nürnberg], 1524

VD16 M 3465

Nicolavs Gerbellivs Stvdioso Ac Pio Lectori Salvtem In Christo Iesu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36146

NICOLAVS GERBELLIVS STVDIOSO AC PIO LECTORI SALVTEM IN CHRISTO IESV.

NEMO MIHI FACILE per
ſuadebit, Suauiſsime lector, quenquā
ex his qui uera rectaq; ſtudia ſequun-
tur hoc maxīe florentiſsimo ſeculo, tā
ἀγράμματον, tāq; ἄμουσον reperiri
poſſe, q neſciat qua ſublimitate, qua ſer
monis latitudine Moyſes uir dei, et ut ſcriptura eū noīat
איש ענו מאד orbis uniuerſi incunabula literis māda
rit. Quāq; à uero alieniſsimi fuerint ſuperioris ætatis ho
mines, qui res, neſcio quas inſectiles, infinitū ignē, occa-
nū quinetiam & his fœdiora cōditi mūdi exordia fuiſſe
tradiderūt. Quod ſi qui ſunt q uerū libenter audiunt, cu
iuſmodi hæc ætas noſtra plurīos ſanè tulit, hi nō cuncten
tur ī manus accipere ſanctiſsimi uatis, caſtiſsimū hoc, gra
uiſsimūq; ſcripti gen9. Viſuri haud dubie, quo diſcrimine
quāq; lōgo īterual lo diſtet diſcrepetq; diuinus ſpūs à ua-

nißimorū hominū ſenſu, nempe ex meris glorijs, opinio
nibus, nugisq́; conſutorum Nam cum impurißimi Hypo-
critæ diuinitatis ſecreta rimari conarentur, uani facti
ſunt, ĩpudẽtißimiq́; conatus cæcitate pœnas dedere. Sed
ut ad Moſen redeã, priora capita, PHILIPPVS Me
lanchthon uir omnibus titulis (nolo enim elatius quidq̃
de modeſtißimo homine dicere) dignus, Annota-
tionibus illuſtrauit, uel quod cæteris obſcurio
ra ſint, uel quod interpretandi ſeries
eo uſq; ipſum deduxerit, idq́; pari
facundia atq; facilitate. Quan
quã quales & quantæ ſint
malo tute iugi lectione
cognoſcas, quã
qđ diutius re
morer ego
ſtudia
tua, quãdo
q̃dẽ & ſi maxi
mas dixero, maiores
inuenies legendo. In ſum
ma τὸ κέντρον ἐγκάλλπε τοῖς
ἀκροωμένοις. Quod ſanè tu fatebe
re, ſi multorũ exẽplo has tibi familiariſs.
feceris. Vale felicißime. Argent. Anno. 1 5 2 3.